



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 55. Legati Pontificii a Synodo repulsi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Legati Pontificii a Synodo repulsi.

Hæc erat Synodi Patrum sententia ; quocirca hosce Legatos Basileam ingressos admittere recusabant, caussati, eos potius pro novo celebrando Concilio, quam pro confirmando, quod hæctenus celebratum fuisset, missos esse. Decretum Eugenii, inquiebant illi, magis ad destruendam, quam confirmandam Basileensem Synodum collimat. Hæc videri possunt in responso, quod hisce Deputatis die decima sexta Junii in quadam Congregatione datum fuit (*). Ex Augustino Patricio discimus, a Papa, ut Præsidum vices agerent, deputatos fuisse, Joannem Mella, cujus supra meminimus, Archiepiscopum Tarentinum, & alios

(*) *Ex his omnibus manifeste apparet, Basileenses nullatenus puro Religionis zelo, sed unice cavillandi, ac Papæ auctoritatem deprimendi studio Eugenium insectatos fuisse. Unde merito a plerisque Historicis immodicæ ambitionis postulantur, qua Eugenio eorum insolentiæ etiam cedenti, nihilominus obfirmato animo adversabantur, eo duntaxat consilio, ut sibi per nefas supremam arrogarent auctoritatem, ac pro suo arbitrio sibi de pinguioribus Sacerdotiis providerent.*

Sæcul. XV. alios duos eorum socios, quibus jam an-
 A.C. 1433. tea idem negotium commissum erat.

§. LVI.

*Regis Cypri ac Burgundiæ Ducis
 Oratores ad Synodum.*

*Nauclet. ge-
 ner. 48. p. 450* Sub idem tempus Joannes Cypri Rex
 & Philippus Burgundiæ Dux Legatos
 Basileam allegarunt, qui Patribus concor-
 diam nunciarent, quæ tandem die vige-
 sima sexta Aprilis, opera Nicolai Esten-
 sis Marchionis, inter Philippum Medio-
 lani Ducem, Venetos, Florentinos, Se-
 nenses, Lucenses, aliosque utrinque fe-
 deratos Ferrariæ conclusa esset. Hujus
 pacis articulos, atque condiciones pas-
 sim referunt Historici; haud tamen diu-
 turna fuit hujus concordiae felicitas; Pa-
 pa enim Eugenius non multo post ad re-
 fuscitandas belli flammæ, quæ nonnulli
 Anno millesimo quadringentesimo qua-
 dragesimo octavo extinctæ fuerunt, Me-
 diolani Ducem instigabat.

§. LVII.

*Furgia inter Burgundiæ & Sabaudia
 Ducum Oratores.*

Ad eundem annum refertur Burgundiæ
 Ducis Oratorum adventus ad Basi-
 leensem Synodum; inter quos præcipuus
 erat